1292

Notum sit omnibus quod Ego Berengarius de area et Romia uxor mea per nos et nostros damus et stabilimus tibi Berengario [illegible] turribus et Bernardo Artusii filio tuo et uestris et cui
uolueritis imperpetuum. Quoddam operatorium nostrum quod habemus et tenemus super hospitium nostrum. Et uoltam siue porticum dicto operatorio contiguum.
et tabulas que sub dicta uolta sunt. Quam uoltam et tabulas habemus super gradum platee Minorise ante dictum operatorium. Quod operatorium
affrontat ex una parte cum operatorio quod Berengarius de ticoltes ibidem tenet per nobis et ad duabus partibus cum hospitio nostro. et dicta uolta affrontat cum dicto opera
torio et cum operatorio Berengarii de ticoltes. et cum platea Minorise. Dicte autem tabule sunt subtus dictam uoltam. Que omnia tenemus per Raimundo de Solano. Sicut
dictum operatorium uolta et tabule melius affrontantur et terminantur cum introitibus et exitibus suis et cum postibus ademprivis et utensilibus. et melioramentis
que ibi sunt et facere uolueritis usque ad celum Ita uobis et uestris damus et stabilimus imperpetuum. Sub tali condicione quod uos et uestri donetis exinde nobis et nostris annuatim
per censum in carnisprivio ablatis quadragesime. Sexaginta solidos barchinonensis monete perpetue de terno. Et si uendere uel alienare uolueritis. prius in nobis et nostris infra xxx.
dies faticetis. deinde licentiam habeatis uendendi et alienandi uestris consimilibus. Saluo semper in omnibus iure et dominio nostro nostrorumque et dicti Raimundi de Solano
et suorum. Et pro intrata accepimus a uobis Centum solidos monete predicte numerando. de quibus a uobis sumus bene paccati renunciando omni exceptioni non numerate
pecunie et doli. Nos autem et nostri erimus inde semper uobis et uestris guirentes ac legales deffensores contra cunctas personas. Et de euictione obligamus uobis et uestris
quisque nostrum insolidum nos et omnia bona nostra mobilia et immobilia habita et habenda. Et ne alter nostrum per altero ualeat in hoc excusari uel differri noue constitucioni
et beneficio diuidende actionis. Et specialiter Ego dicta Romia per consilio meo et auxilio senatus consulti uelleiani et iuri ypothecarum mag. ac omnium aliis iuri racioni
et consuetudini contra hoc repugnantibus penitus renunciamus. Insuper Ego dicta Romia iuro per deum et super sancta iiij.or euangelia omnia supradicta firma habere atendere et com
plere et non in aliquo contrauenire iure aliquo uel ratione. Actum est hoc. viij. kalendas marcii. Anno domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo secundo. Signum Berengarii de area.
Signum Romie uxoris eius iurantis. Nos qui hec facimus et firmamus. Signum Raimundi de Solano predicti qui hoc laudo concedo et firmo. Testes huius rei sunt.
Raimundus de castro pulcro Raimundus de riuira et Petrus [illegible].

Signum [notarial sign] Jacobi de Arners notarii publici Minorise qui hoc scribi fecit cum literis suppositis in iiij. linea ubi dicitur [illegible] et clausit
die et anno prefixis.

1292